

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 7142

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Fontevraud-l'Abbaye, Notre-Dame de Fontevraud (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1173, février

**Lieu d'émission :** Fontevrault

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Texte de la même charte (DELISLE/BERGER, n° CCCCLVII), arrangé au XVI<sup>e</sup> siècle.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCCLVIII, t. 2, p. 6-7.

## Dissertation critique

« Vers la fin de février? 1173 » (la datation de l'acte n° CCCCLVII de DELISLE/BERGER) : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 5.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia Anglorum rex, et dux Neustrie et Aquitanie, et comes Andegavensis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus justiciisque, vicecomitibus, senescallis, prepositis, et omnibus prepositis et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Innotescat omnibus nos concessisse et presentibus litteris iterum confirmare Deo et ecclesie Beate Marie de Fontebraldo et sanctimonialibus in eadem ecclesia divino cultui inservientibus subscripta, que, nobis presentibus, eis a Pagano de Mange et Dyonisia, uxore ejus, et filiis libere in perpetuam elemosinam tradita sunt, tertiam scilicet partem omnium reddituum quos ex medimnario Salmuriensi et aqua percipere solent. Volumus preterea ut predicte moniales decimas obtineant in duabus partibus a Pagano et Dyonisia et filiis retentis, quas decimas Herveus Rabel ipsi ecclesie et sanctis monialibus rite et legitime concesserat. Jungimus has duas partes non posse locari nisi dictis sanctis monialibus, dummodo tamen velint persolvere quod aliquis alias rationabiliter pretium persolveret, sicut a predictis concessum est eis ex concessione et venditione Guillelmi filii predicti Pagani, de consensu Philippi fratri ejus et Agathe, uxoris ipsius Guillelmi, et Philippi filii sui et Agnetis filie, et altera parte supradictorum fruantur ita et pacifice possideant abbatissa et predicte moniales medium redditum predicti Guillelmi partem, in dicto medimnario seu minagio et in aqua, et in altera parte decimam ex dono Thome de Martin[niaco] et Eustachie uxoris ejus, annuentibus filiis eorum Andrea et G. et Mabilia filia, totum tandem jus predicti fundatoris, quicquid scilicet in dicto medimnario et in aqua ex venditione Jagelini de Proceio, consentiente Margarita uxore et Mabilia filia ejus, possidebat ; decem preterea libras quas a Briando de Martiniaco, cum uxore hoc redditu dotata, acceperat.

Quare volo et absolute precipio ut predicta ecclesia et sanctimoniales in ea Deum colentes supradictis rebus, sibi coram nobis legitime concessis, integre, pacifice, plenarie et cum omnibus liberis consuetudinibus suis tanquam perpetua elemozina utantur.

Testibus : R. comite Sancti Egidii, et Hamelino comite Warenne, et vicecomite Torennie, Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Hugone de Creissy, Willelmo Filio Radulfi, Hugone Galler., Johanne Rainardi.